Gajowski Valentini Blasii: Quaestio physica de infinito

✠

IN NOMINE DOMINI AMEN.

QUÆSTIO PHYSICA, De INFINITO,

Ex Libro 4. Physicorum Aristotelis, Tex: 4. 48. 62. & alijs sequentibus

DESVMPTA.

SUB FELICISSIMO REGIMINE,

Magnifici, Perillustris, & Admodùm Reverendi Domini,

D. M. CASIMIRI PAŁASZOWSKI,

Sacræ Theologiæ PROFESSORIS, Collegæ Majoris, Ecclesiarum Collegiatarum; S. FLORIANI Clepardiæ ad Cracoviam CANONICI, Curelovienſis DECANI, Parochialium; S. STEPHANI Cracoviæ PRÆPOSITI, in Czerniechow CURATI, Studij Generalis Universitatis Cracoviensis Vigilantissimi

RECTORIS.



PER

M. VALENTINUM BLASIUM GAJOWSKI,

Philosophiæ Doctorem & Professorem, Contubernij Staringeliani Seniorem, Vniversitatis Cracoviensis Syndicum.

Pro Loco in Collegio Minori obtinendo,

Publicè ad disputandum

In Peraugusto CC. DD. Theologorum Lectorio

PROPOSITA.

Annô Domini 1741. Die 18. Mensis Februarij.

Typis Collegij Majoris, Vniversitatis Cracoviensis.

QUÆSTIO PHYSICA.

U. Infinitum Actuale, & naturaliter; & per Omnipotentiam Divinam improducibile; non tamen potentiale, quod eſt poſſibile; poſſit eſſe unum majus alterô? nec ne?

CONCLUSIO I.

NAtura Actuale Infinitum producere non poteſt.

COROLLARIA.

I. *Infinitum Actuale eſt, quod habet partes actu Infinitas, ſimulq; exiſtentes.*

II. *Infinita multitudo eſt ſecundum Ariſtotelem, cujus eſt aliquid ſemper extra accipere.*

III. *Infinito in actu nihil poteſt addi, nihilq; ab eo detrahi.*

IV. *In Infinito in actu non datur primum neq; ultimum.*

V. *In Infinito ſyncategorematico poteſt dari primum & ultimum, poteſtq; illi aliquid addi & adimi.*

CON-

CONCLUSIO II.

INfinitum Actuale per Omnipotentiam Divinam improducibile.

COROLLARIA.

I. *Infinitum in esse moris re vera datur, quamvis in esse physico repugnet.*

II. *Repugnare Infinitum non possunt afferri demonstrationes omnimodæ certitudinis, sed tantùm probabiles rationes.*

III. *Implicat dari tàm qualitates primas, quàm secundas esse infinitas.*

IV *Repugnat supernaturaliter numerus finitorum maximus*

V. *Infinitum privativum actualiter est dabile.*

CONCLUSIO III.

INfinitum Potentiale est possibile.

COROLLARIA.

I. *DEUS potest creare creaturam sine fine perfectiorem & perfectiorem.*

II. *Creatura perfectissima respectu possibilium creaturarum etiam de absoluta DEI potentia implicat.*

III. *Perfectio qua major dari non potest secundum gradum genericum non implicat, nec exhauritur Omnipotentia DEI, secundum verò speciem & Individuum repugnat.*

IV. *Tam longitudo, quàm magnitudo Syncategorematice est possibilis.*

V. *Qualitas etiam Infinita Syncategorematice est possibilis secundùm intensionem.*

CONCLUSIO IV.

INfinitum unum non potest esse majus alterô.

COROLLARIA.

I. *Multitudo hominum Infinita si daretur, non esset major multitudine capillorum, etiamsi singuli homines haberent aliquot millia capillorum.*

II. *Infinitum syncategorematicum naturaliter potest esse unum majus alterô.*

III. *Æternitas à parte pôst, hodie non est longior, quàm heri.*

IV. *Infinitum Categorematicum si daretur, esset majus Infinitô syncategorematico.*

V. *Cognosci nequit etiam ab Angelico intellectu Infinitum Categorematicum quod sit unum majus alterô.*

HINC

DEO INFINITO,

Qui omnia in mensura, numero, & pondere fecit. Sap. 1.

Laus, Honor & Gloria.



Permissu Magnifici Domini

RECTORIS.





Conventus generalis Miechoviensis Can. Reg. S. Sepulchri Christi Hierosolymitani.

